

Xanthus & Inachus, ex Pelasgo Latis, ex Inacho & Argialo. Hanc Iupiter dilectam comprescit, & in uaccæ figuram conuertit, ne Iuno eam cognosceret, id Iuno cū rescivuit, Argum cui undiq̄ oculi resulgebant, custodem ei misit, hunc Mercurius Iouis iussu interfecit, at Iuno formidinem ei misit, cuius timore exagitata, coēgit eam ut se in mare precipitat, quod mare Ionium est appellatum, inde in Scythiam transiavit, unde Bosphorum fines sunt dictæ, inde in Aegyptum, ubi parit Epaphum. Iouis cum sciret suapte propter opera tot eam ærumnas tulisse, formam suam ei propriam restituit, deam q̄ Aegyptiorum esse fecit, quæ Isis nuncupatur.

CXLVI. Proserpina.

Pluto petit ab Ioue Proserpinam filiam eius & Cereris in coniugium daret, Iouis negauit Cererem passuam, ut filia sua in Tartaro tenebricoso sit, sed iubet eum rapere eā, flores legentē in monte Aetna, qui est in Sicilia, in quo Proserpina dū flores cū Venere et Diana et Minerua legit, Pluton quadrigis uenit, et eam rapuit, quod postea Ceres ab Ioue impetravit, ut dimidia parte anni apud se, dimidia apud Plutonem esset.

CXLVII. Triptolemus.

Vm Ceres Proserpinam filiam suam quæreret, deuenit ad Eleusinū regem cuius uxor Cothonea puerum Triptolemum pepererat, sē q̄ nutricem lassantem simulauit, Hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cū uellet alumnū suū immortalē reddere interdiu lacte diuino alebat, clām in igne obtrubebat. Itaq̄ præter quam solebant, mortales crescebat, & sic fieri cum mirarentur, parentes eam obseruauerunt, cum Ceres eum uellet in ignem mittere, pater expauit. Illa itata Eleusinum exanimauit, at Triptolemo alumno suo æternū beneficium tribuit, nam fruges propagati* curram deaconibus iunctum tradidit, quibus uehens orbem terrarum frugibus obseuit. Postq̄ domum rediit Peleus eū pro benefacto interfici iussit, sed recognita, iussu Cereris Triptolemo regnum dedit, quod ex patris nomine Eleusinum nominauit, fieri q̄ sacrum instituit quæ Thesmophoria græce dicuntur.

Celeus uel Cepheus ut Boccatus, Nisi quis malit Lyncium intelligere, de quo Ouidius.

CXLVIII. Vulcanus.

Vulcanus cum resciuit Venetem cum Marte clāni comicubere, & se uirtuti eius obsistere non posse, catenam ex adamante fecit, & circum lectum posuit, ut Martem astucia deciperet. Ille cum ad constitutum uenisset, concidit cum Venere in plagas, adeo ut se exoluere non posset, id Sol cum Vulcano nuntiasset, ille eos nudos cubantes uidit, deos omnes conuocauit, *uiderunt ex eo Martem id ni faceret pudor terruit. Ex eo cōceptu nata est Armonia, cui Minerua et Vulcanus ueste seeleribus tintam muneri dederunt, ob quam rem progenies eorum scelerata extitit, Soli autem Venus ob indicium ad progeniem eius semper fuit inimica.

CXLIX. Epaphus.

IUupiter Epaphum quem ex Io procreauerat, Aegypto oppida communire ibi q̄ regnare iussit. Is oppidum primū Memphis & alia plura constituit, et ex Cassiopia uxore procreauit filiam Lybien à qua terra est appellata.

CL. Titanomachia.

Postq̄ Iuno uidit Epapho expellice nato tantam regni potestatem esse, curat in uenatu ut Epaphus necetur, Titanos q̄ hortatur Iouem ut regno pellane & Saturno restituant. Hi cum conarentur in cœlum ascendere, eos Iouis cū Minerua & Apolline et Diana precipites in Tartarum deiecit, Atlanti autem qui dux eorum fuit, cœli fornicem super humeros imposuit qui adhuc dicitur cœlum sustinere.

d 4 Ex Ty

Pausan. sic
ἀργον δὲ περιπα-
σαὸς τίντη, οὐ
φόρβωσ, φόρβω-
τι δὲ τρίπτυχος, τρε-
σπέρα δὲ Ιάσονος ισθ-
αγίων, οὐ μέν
οὐδὲ Ιάσονος θυγά-
τηρ. Vide in Ars.
golic.

Eleusinum.

Metamirabacē
a Paus. dicitur
Triptolemi aut
pater Celeus.

Eleusin.

4